



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Depositarius & depositum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

DEPOSITARIVS. 183

est iudici: neque est necessarium, vt seruetur ordo correptionis. cap. 24. num. 14. Imò qui non vult denunciare illum, nullo modo est absolendus; & , qui absolueret, peccaret quidem contra ius diuinum & humanum. cap. 18. num. 58. Imò & filius tenetur denunciare patrem hæreticum, & testificari contra illum. cap. 14. num. 13. & c. 25. n. 50

Qui non denunciatur intra tempus præfinitum, tenetur post cū primū possit. 25. n. 46.

Vtrum teneatur denunciare, qui scit impedimentum esse inter volentes contrahere matrimonium, vide Matrimonium. VIII.

DEPOSITIO vide degradatio.

DEPOSITARIVS

& Depositum.

Qui gratis se offert ad depositum, non tenetur de culpa leuissima, bene tamen de leui. cap. 9. num. 3. & Nou. num. 10.

Quando depositum fuit gratia solius deponentis, tenetur depositarius de dolo, & lata culpa, non de leui. cap. 17. num. 181.

Si verò depositarius recipiat mercedē pro custodia, tenetur de leui. ibidem. & cap. 9. num. cit. non tamen de leuissima & casu

M 4 fortuito,

fortuito, nisi præcessisset mora vel pactum. cap. 17. num. 181.

Non valeret pactum, quod depositarius non teneatur de dolo, quia præberet occasionem peccandi. ibidem.

B Quando depositum fit gratia depositarii, tenetur de culpa leui. Idem, si se obrulit ad custodiendum, ob quod deponens omisit committere alteri diligentiori. Quod limitandum est, quando ille se obrulit ob suam vtilitatem, secus si ob gratitudinem. cap. 17. num. 181. Tunc enim non tenetur ad amplius, quam qui propter stipendium custodit. cap. 4. num. 3. & nouo num. 10. depositum regulariter fit in vtilitatem solius deponentis. cap. 17. num. 181.

C Depositum rerum in numero, pondere vel mensura consistentium, facta facultate depositario, vt eis vtatur, incipit esse mutuum, simul ac depositarius incipit eis vti. cap. 17. num. 180.

D Deponens rem consistentem in numero pondere, vel mensura cum facultate, vt ea vtatur, inito pacto quod aliquid lucri reddat deponenti, peccat peccato vsuræ. Vnde peccatum est vsuræ deponere pecuniã apud mercatorem, cum intentione principali, quod aliquod lucrũ annuum soluat. salua forte, & tenetur restituere, etiam non interueniat

ueniente pacto: secus si accipiat à mercatore gratis donante, quamuis libentius suam pecuniam penes hunc gratum, quam penes alium depositam habeat: & licet mutuator det illud sperans propter hanc largitatem pecuniam non auferendam à se. num. 243. §. 98. Nou. num. 242. §. 107.

Qui misit depositum per nuncium non habitum pro fideli, cuius culpa, vel dolo periit, tenetur restituere: secus si misit per nuncium communiter habitum pro fideli. etenim depositum quomodocumque pereat, Domino perit, nisi interueniat dolus, pactum, culpa, vel mora. cap. 17. num. 185. peccat depositarius si utatur deposito contra voluntatem deponentis. num. 181.

Receptor communitatis, vel domini, peccat negociando, vel emendo pecunia publica in custodiam recepta. cap. 23. n. 94. Quod tantum procedit in faciente sine consensu Domini, vel non soluendo, quibus debet statuto tempore, vel soluit, sed cum damno notabili. Ibid.

Peccat depositarius non reddens depositum deponenti petenti, nisi cum petit in suum damnum, vel alienum, vel quando bona deponentis confiscata sunt, vel quando latro deponit apud eum, à quo furatus est. cap. 17. num. 181.